(1). Dominis sanctis et summi culminis apice[a] pontificalis Burgundof. cathedrae specula praesidentibus in Christo fratribus Nifone, Genesio, Ethoaldo, Emmone[b], Audone, Audemaro, Audoino, Audeberto, Burgundefarone, item Audeberto, Drauscione, Berthefridus munere supernę[c] largitoris Ambianensis ecclesiae Aud. episcopus[d].

(2). Licet nos antique regulae constituta salubri observatione Burgundof. custodire conveniat, tamen utili provisione tractantes[e] constituimus, ut quod sacris deliberationibus non derogat, intrepida observatione conservetur[f]. Aud.

(3). Et quia gloriosissimus domnus Hlotharius rex Emmo. necnon et precelsa domna Balthilda regina, divino inluminati auxilio, monasterium suo opere Christo presule in loco nuncupante Corbeia[g] construxerunt, religiosa petitione nostris[h] auribus patefecerunt[i], quia[k] et viscerale pietatis Burgundof. affectu ita cor intrinsecus voluntatis eorum petitio[l] mollivit, ut petita non concedere aut certe libentissime non inplesse noster[m] dumtaxat animus inreligiosum fore putaret[n]. Sancto[o] igitur amore succensi nostrae vilitatis[p] extremitate petierunt, ut et nos et vestra fraternitas consentientes pro reverentia sanctorum Petri et Pauli apostolorum principis et sancti Stephani protomartyris, qui ob gloriosum[q] ac triumphale votum pro amore Christi coronam[r] martyrii consecuti sunt, ad praedictum monasterium in eorum honore constructum privilegium concedere[s] deberemus, licet sanctus[t] ib. Carthaginensis sinodus a bone memoriae Bonifacio[u] eiusque Emmo.

---

a) in *add. B.* b) Emmc *c.* c) *m. al. corr.* superni *c.* d) *ita c. cum A;* praesumit mittere salutem *add. B. E. et Lev. ex coni.* e) id *add. B. E;* pertractante *c. A.* f) servetur *B. E* (*non A*). g) beia construxerunt *eras. c.* h) s auribus *eras. c.;* postulatio nostrarum quippe aurium intima penetravit *B. E.* i) in auribus vestris patefecimus *A.* k) *ita A;* quia et visceralis *c.;* quae et viscerale *B;* quatinus et viscerale *Drauscius (Pardessus II,* 139*);* quae in viscerale *E;* quae viscerali *Lev. absque variantibus.* l) *ita c. cum B;* petitionem *E; om. Lev.* m) nostri d. animi *B;* nostrae d. animae *E.* n) putaretur *B;* potarent *E.* o) Sancti i. desiderii ardore succensus *B;* Sancto i. desiderio succensis *E.* p) *ita etiam Numerianus (Pardessus II,* 147*);* utilitatis *B;* velocitatis *E.* q) gloriosam *c.* r) coronam ma *eras. c.* s) impertire *B.* t) *ita scripsi (cf. infra* factus*);* sancti *c.* u) *ea quae insequuntur cum altera Emmonis episc. Senonici charta monasterio S. Columbae concessa (Pardessus II,* 110*) partim conveniunt:* legat concilium Carthaginense sub sanctae recordationis Bonifacio eiusdem civitatis ecclesiae pontifice vel eius consacerdotibus celebratum necnon et iam dicti pontificis ad senem Liberatum epistolas, et in brevi animadvertet, omnia semper monasteria, in quibus regulariter vivitur, libera fuisse a conditionibus clericorum. Nam et praeclarus doctor ecclesiae Augustinus in libro de moribus clericorum probat sui iuris monasteria esse debere.